

Albert Hein

**Programma Quo Ad sacrum Exequiale Quod Magnifico Academiae Rostochiensis
Rectori Viro ... Dn. D. Thomae Lindemanno ICto paeclarissimo, & professori
meritissimo Marito & parenti suo desideratißimo, vidua & liberi moestißimi Hodie
... expetunt. Omnes omnium ordinum Cives Academicos peramanter invitat**

Rostochii: Pedanus, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770672701>

Druck Freier  Zugang



Hein, A.

in

T. Lindemann.

Rostock. 1632.

12.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770672701/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770672701/phys_0003)

DFG



PROGRAMMA

Quo

Ad sacrum Exequiale

Quod

Magnifico Academiæ Rosto-
chiensis Rectori

VIRO AMPLISS. CONSULTISSIMO

**DN. D. THOMÆ
LINDEMANNO**

JCTo præclarissimo, & professori me-
ritissimo

*Marito & parenti suo desideratissimo, vi-
dua & liberi mestissimi*

Hodie hora media prima in templo Mariano
adornatum expetunt.

*Omnes omnium ordinum Cives Academicos
per amanter invitati.*

PRODECANUS ET SENIOR

Facultatis Juridicæ ejusdem Aca-
demiae Rostochiensis

ALBERTUS HEIN

U. J. D. & Professor.



ROSTOCHII,

Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXII.

PRODECANUS ET SENIOR
Juridicæ Facultatis in Academia
Rostochiensi

ALBERTUS HEIN
U. J. D. & Professor.

X quo tempore, singulari &
palpabili Divini Numinis Clem-
entiâ, felicibus Heros Incomparabilis,
Ecclesiæ CHRISTI Gideonis, Sue-
corum Regis, Magni illius G U-
S T A V I A D O L P H I auspi-
ciis, ut & laudabili, Celsimorum
nostrorum Principum industria, hæc
urbs hostili liberata præsidio, in po-
restatem & clientelam Principum suorum avitorum avida con-
cessit: quanquam cætera adhuc per DEI gratiam contra hostes
prospere cesserunt, adeo ut illis totâ hac provinciâ exactis, pu-
blica festivitate DEO Servatori ante triduum gratias sole-
mnes agere, publicasq; supplicationes habere potuerimus: Qui
tamen factum, quod præter solitum pleræq; imo pene omnes hu-
jus urbis familiae luctu squaleant, præcipuorum in hac urbe
virorum, præcipuarum fœminarum, numeroso adeo obitu, ut vel
morbo Epidemico quondam hac in urbe grassante, non tot fu-
nera primorum hujus urbis fuerint numerata, quam hoc anni
hujus quincunce, nullo tamen per DEI gratiam manifestoser-
pente.

pentē contagio, sed uno altero de hōc, alio diuersi generis morbo concidente, sēpius mentem subiicit admiratio. Idq; eō magis mirari mihi contigit, quod eo id factum tempore, cum plagiis & vulneribus nostrā urbīs, immane quantum etiamnum bī anēibus, tandem satiatam iram Numinis credentes, jam meliora, lētiora, & felicitate suā p̄terita incommoda oblitterantia tempora expectabamus. Verūn altius hæc mibi perpendit, & rationum cogitationumq; monumenta & pondera hinc inde trutinanti, tandem ita visum est. Multum muleum adhuc abesse ut Irā Divinā nostris satis sit litatum suppliciis; Et quanquam magna sint & dura quæ perpetū sumus majora tamen & duriora adhuc nō esse promeritos. Atq; hinc factum esse ut cum bello nos flagellaret Divina Justitia, Nos vero in anxietatibus animorum nostrorum, constituti viscera misericordiæ DEI, tantum non desperabundi imploraremus, ut misericordiā ejus vim quasi inferente Divinā Justitiā, antequam mensuram irā omnem explesset, intercessione miserentis filij DEI, non qui dem omnino reorum numero eximeremur, nimis tamen illis, & quibus ferendis pares amplius non eramus, suppliciis subtraheremur, nobisq; supplicia illa graviora, in hæc tolerabiliora & mitiora verterentur, Quanquam enim præsidio maritorum orbari uxores, conjugum amore spoliari maritos, aspectu parentum dulcissimorum filios, affatu liborum charissimorum parentes, consuetudine & alloquio amicorum consanguineorumq; privari cognatos, quanquam hæc omnia summi sunt cordolij, si per se considerentur, tamen ceteris bello, & hostilis præsidij, pene dixissim excidij, calamitatibus comparata, nescio quam multum videantur tolerabiliora, sive ideo fiat, quod & inter ipsas bellī calamitates, mortes amicorum non cessare compertum sit, sive quod majorem adhuc vim consolationis habeat, à patre ipso, quam à servo, quantumvis

jussu patriis, castigari. Sunt itaq; hæc crebra adeo funere
subirati adhuc, & nec dum omnino placati. Numinis indicia,
qua & ipsa non minus reverenter, quam gravissima supplicia,
merito sunt habenda, ne si contemptim & susq; deq; ea habeamus,
Iram DEI hoc magis in nos provocemus. Medicos videmus
ita in purgando corpore humano versari ut si videant, facili
negocio humores in aliquo subjecto moveri, exiguam propinente
dosis: Sin illa, dosi nec quicquam moveantur, dosis ad e:
augeant. Pari omnino, ratione etiam. DEUS optimus
maximus, si videat nos supplicis levioribus ad compunctionem
ad contritionem & penitentiam commoveri, abstinet a gra-
vioribus, Sin illis non moveamur, illa si perinde, si contemptim
habeamus, pro maiore dosi in promptu ei sunt vel durissima
supplicia. Et profecto si tot virorum, & illa quidem non pro-
misca multitudo, sed optimorum & literatorum accumula-
ta funera, qua unius hujus anni spatio, nostra hæc vidiit Aca-
demia, vidiit autem hoc anno plurima, & nedium in aliis mem-
bris, sed & in ipsis Professoribus suis: Vidi in Theologica:
Facultate Viri Reverendi Dn. M. Johannis Klenij, in:
Juridica Facultate, Clarissimi Dn. D. Joachimi Schöner-
marci, In Medica Facultate Excellentissimi Dn. Johannis:
Backmeisteri Academia nostræ Senioris, & nunc iterum in:
Facultate nostra Juridica, præclarissimi Jcti D. Thomæ:
Lindemannii ejusdem Academia nostræ Rectoris Magnifici,
affinis, compatriis, collega & amici mei charissimi: Si inquam
hæc penitus inspiciemus, non indicia amplius iræ divinæ, sed
vera & non levia apparebunt supplicia. Videlur enim DEUS:
bis tot coacervatis eruditissimorum Virorum funeribus, ali-
quam nobis minitari velle barbariem, quam esti Epicuri de-
grege porci, non multum d' precantur, ut qui literis & litera-
ris è medio sublati, aureum sibi somniant seculum, cordati-
tamen.

eumen & bona mentis homines intelligunt, quantum inde Ecclēsis, Scholis, Rebusq; publicis imminet periculi, & serio & acerbè Virorum doctorum obitus deflent. Proinde & nos jure meritoq; hodie deflemus & lugemus obitum summi illius in jure, summi in re literaria Viri dicti Dn. D. Thomæ Lindemannii Fcti eminentissimi, & in humanioribus literis sic versati, ut cum in utroq; studio & Jurisprudentiæ, & politiori literaturæ excelleret, merito ambigerecur, in utro horum plus posset. Et quidem hunc cum deflemus virum, Academiæ nostræ lumen, Universitatæ hujus decus, Scholæ nostræ ornamentum, & si quid amplius honorifice in re literaria dici potest, deflemus. Ita enim ille de hac Academiâ, de Jurisprudentia, de politiore literatura, studiosaq; juventute esse meritus, ut qui hac in parte memoria ipsius laudibusq; hisce ejus literariis quicquam detractum velit in ipsas literas, in ipsam Jurisprudentiam, in ipsam hanc Academiam, studiosamq; juventutem injurius videatur. Erat Lindemannus Vir talis qui jundim summa haberet pleraq; ea, quæ vel modica sigillatim, summa laudem pariunt. Laudantur alij quod ingenij acumine pollent. Vir ignea ingenij in hoc erat viro, Alij quod indefesse sint industria, quod laboriosi? Hic nunquam defatigabatur, Alij à judicij dexteritate commendantur. Lindemannii judicio nihil erat limatus nihil teritus, Memoria felicitas alijs laudem parit. Lindemannii memoria nihil erat promptius. In negotiis gerendis Lindemannus erat expeditissimus, In causis perorandis eloquentissimus, si quis consuleres peritissimus, In docendo facilis, In disputando acer, Versatile adeo ei ingenium pariter ad omnia erat, ut natum ad id unum diceres quodcunq; ageret, Nec is saltet fuit, cuius juris peritia vivo eo viguerit, monumentum extet nullum. Vivit imo, vigetq; ejus Juris scientia variis sacrata.

A. 3.

scriptiss


scriptis & futurae posteritati dedicata. Quin non scriptis
modo suis ille vivit, sed & in illis etiam viro vivit, qui iuris
profidentem, de jure disputantem avide audireverunt & ex eo
velut fonte quodam juris scientiam imbiberunt? Dabis hic
enibi Veniam. Magnifice Dn. Consul Henrice VVeden-
hofi, Adfinis plurimum honorande, si te tuumq; pie defun-
ctum fratrem Bernhardum defuncti nostri laudum testem citē.
Quod ergo p. d. frater Bernhardus publico Reip. Lubecensis
bono, in senatum quam primum id per leges fieri licebat, maru-
re legi, summis negotijs præfici, atq; summi momenti legationi-
bus adhiberi digne poenit: Quod cū viro p. d. fratre Bern-
hardo, dignissimus licet & ipse, tamen propter legem honesta-
tis in senatorum numerum cooptari non posset, tua Interim do-
minus esset velut Universæ Civitatis oraculum, quemadmodum
de f. Cei domo loquitur Cicero, Quod isto suo p. d. fratre ē vivis
sublato, tu omnium consensu dignissimus judicatus, qui illuc
Senator, mox & Consul tantæ Republicæ crearetur, cui in-
quam hæc post Deum, propriamq; industriam feres accepta, nisi
Tuo Lindemann? Scio equidem multum in ipsa situm esse
indole, in ingenio multum, plurimum etiam in naturali & pro-
pertia quasi astrorum ad res condigne gerendas inclinatio. Sed
sunt ea præclara quidem, si tamen cultura accedat sicut præ-
clarissima: Qualia cum tua sint omnia, tam egregie exculti
ingenij honorem, non in vitiis sat scio pie defuncto nostro tribues
deferesq;. Sed redeo ad defunctum nostrum ejus vitæ curricu-
lum succinctè delineaturus. Natus est ille Hervordia in West-
phalia Anno 1575. parentibus honestissimis patre Henrico
Lindemann & Anna Kirchovia qui cum illum à teneris
ad omnem virtutem & pietatem in scholis, ut nominamus
trivialibus fideliter institui curassent, tandem hoc eundem ve-
lut ad ubiorem literarum & scientiarum mercatum An. 1592.

etatis

eratis 17. allegarunt. Ubi suā populariā sui D. Joannis
Ortigiliū U. J. D. ad juris studium animum applicavit, quin
autem à parentibus ipsi sumptus tanti non possent subministra-
ri, quantos Academica vita exigit, non ideo animum statim
abjecit, aut literis repudium misit, spemq; parentum de se con-
ceptam temere fecellit. Sed Deo suo Confidens, honoratis in hac
Urbe viris operam suam in informandis eorum filiis addixit,
Cumq; eo tempore Vir Magnificus & Consultrissimus Dn. Jaco-
bus Bordingus fctus eminentissimus, de hac Academia &
imprimis de Facultate Juridica, totaq; bac provincia opeime
merit⁹ Adfinis me⁹, vel Patris nomine honorandus, conjugis sua
ex priore matrimonio natus filiis summe tum spēi adolescenti-
bus prædictis fratribus VVedenhoffiis Præceptorēm ali-
quem literatum impensè quereret. Hic p. d. noster inventus
es⁹, qui jam in illa aetate juvenili Bordingo placeret. Itaq;
his ille præfetus Argentinam Anno 1596. cum illis abiit ubi
triennium substitit. Inde Helvetiam, Galliam, Burgundiam,
Italiāq; perlungavit. Ex quibus ille terris non novorum ri-
tuū peregrinarumq; geniculationum ne dicam gesticulatio-
num peritia, sed Ulyssæa prudētia affatim in structus ad nos re-
diit. Quo factum ut apud omnes paſsim in honore eſſet, Itaq; cum
Anno 1605. virginem lectissimam & omnium virginalium vir-
tutum decore conspicuam Ursulam, Amplissimi Viri Dn.
Bernhardi Scharffenbergij Consulis hujus urbis meritiſſi-
mi filiam honeste ambijſſet, facile eandem exambiit, Cumq; fa-
mā ſui in admirationem plerosq; pereraxisſet, eodem illo anno
& Doctoralis mitra & Professio Juridica ei fuit commissa,
Quam ſibi concretitā Spartam quam egregie ille ornariſſet, ſupra
memoravi. In hoc coniugio ſex ex ſe naros liberos vidit, ex qui-
bus tres ſaltē adhuc ſuperſtites strenuam literis navant ope-
ram Thomas videlicet studio Theologico, Bernhardus Ju-

118

✓ vi studio & Henricus humanioribus literis addictus, de quibus singulis
eximia spes est eos Clarissimi sui Dn Parentis vestigia strenue pressuros.
Sed cum hanc suam conjugem dilectissimam Anno 1614. amississet viduusq;
eam honeste eluxisset, anno 1616. ad secunda transit vora, & Virginem
virtuosissimam, omnibus animi & fortune dotibus insignem Elisabe-
tham Haniam, Dn. Bernhardi Hani civis hujus urbis quondam pri-
marij, quo cum familiarissime olim in Italia vixerat, filiam, Dn. Bar-
tholomaei Clingi Icti eminentissimi & Consiliarii Megapolitani
dignissimi neptem, matrimonio sibi rursum copulavit, Ex quo conjugio
ipsi nati ad huc in viris sum filij quatuor optimae & ipsi spei, Joachimus
Joannes Fridericus, Joannes David, & Albertus, filiae duae Mar-
gareta Elisabetha & Agneta, quos omnes Deus clementissimus matri
nunc Viduae modestissima in solarium amisi mariti quam diutissime spon-
sitet. A Consilijs fuit Domino nostro Clementissimo Duci Adolpho Fri-
derico, ut & Archiepiscopo Bremensi Dn. Joanni Friderico, Duci Lu-
neburgensi Augusto, Viduae Croje & Loitzensi, qui omnes ejus usi con-
silijs quam honorifice de summis defuncti nostri donis senserint eo ipso cle-
mentissime sunt contestati, Sed nulla ingenii dona invida Mors respicit,
que illum quartan febri jam ultra semestre spacium fatigavit & tandem
ebet enecavit, idq; in ipso hujus octavi sui Rectoratus Academici officio:
Morbi vim cum nimiam persentiret, pridie Calend. Martij domi sue cor-
pore & sanguine Servatoris sui resicci voluit, quo instructus ipse viatico ex
eo tempore serio migrationem ex hac vita cogitavit, & sic die 14. Martij
paulo post octavam matutinam inter amplexus suorum pie placideq; ex-
piravit, anno aetatis sua 57. Hujus tanti Viri exuviae hodie ad medianam pre-
mam pomeridianam in templo Mariano terra matri reddentur, quas eo
deserendas ut comitatu suo honorifico omnes omnium ordinum cives fre-
quentissime cohonestent & suum in defunctum affectum, erga reliquiam
Viduam liberosq; condolentiam praesentia sua contestentur, & meo &
universae Facultatis Iuridicae, & quod plus est, sacratissimae Iurispruden-
tie nomine, que hunc Iuris thesaurum acerbissime luget, summoperè con-
tendo. Suam quinque inter eundum mortalitatem meditabitur, & ardentibus
precibus hanc provinciam, ejusq; Rectores summos, Principes nostros
elementissimos, Academiam & Civitatem Deo commendabit. P.P. sub si-
gillo Facultatis Iuridicae. 19. Martij Anno 1632.











Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn770672701/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770672701/phys_0016)

DFG

eum & bona mentis homines intelligunt, quan-
dæsis, Scholis, Rebusq; publicis imminet pericu-
acerbè Virorum doctorum obitus deflent. Proi-
meritoq; hodie deflemus & lugemus obitum summum
summi in re literaria Viri dicti Dn. D. Thomæ
ni fcti eminentissimi, & in humanioribus literis
ut cum in utroq; studio & Jurisprudentiæ, & poli-
turiæ excelleret, merito ambigeretur, in
plus posset. Et quidem hunc cum deflemus virum
nostræ lumen, Universitatis hujus decus, Schola-
mentum, & si quid amplius honorifice in re literariæ
deflemus. Ita enim illè de hac Academiâ, de Ju-
de politiore literatura, studiosaq; juventute est m-
hic in parte memoriae ipsius, laudibusq; hisce e-
quicquam detractum velit in ipsas literas, in ipsa
denteriam, in ipsam hanc Academiam, studiosamq;
injurius videatur. Erat Lindemannus Vir
clim summa baberet pleraq; ea, quæ vel modica sig-
mam laudem pariunt. Laudatur alij quod inge-
pollant. Vir ignea ingenij in hoc erat viro, &
defessa sint industria, quod laboriosi? Hic nur-
tigabatur, Alij à judicij dexteritate commendati
demanni judicio nihil erat limatus nihil ri-
memoria felicitas alijs laudem parit? Lindem-
ria nihil erat promptius. In negotiis gerendis
nus erat expeditissimus, In causis perorantis elo-
sifus consuleres peritissimus, In docendo facilis,
acer, Versatile adeo ei ingenium pariter ad omnia
cum ad id unum diceres quodcunq; ageret, Nec a
cujus juris peritia vivo eo viguerit, monumentu-
lum. Vivit imo, vigetq; ejus Juris scientia v-

A. 3.



the scale towards document

0.1 J

UTT

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.